

stantur oracula. Matth. 8, 2. Ioh. 5, 23. 14, 1.
Act. 7, 59. 9, 14. 22, 16. 1. Cor. 1, 2, Phil. 2, 10.
Hebr. 1, 6.

117. Huc accedit, quod processio Spiritus sancti à Filio, hanc ipsam divinitatem evidenter demonstrat: Nisi enim unius eiusdemq̄, cum Patre esset Essentia, certè non unum eundemq̄, sed diversa planè spirarent spiracula.

118. Quin & illud sequeretur, Si Filius non verus esset DEVS, neque Spiritum sanctum verum esse DEVM: quippe qui procedit à Filio. At hoc blasphemum: Ergo & illud.

119. Damnamus ergo in genere omnes omnino haereses, quae Divinitatem Filij vel negant prorsus; vel aliquatenus labefactant, vel (quod Calvinus fecit,) testimonia aeternae Deitatis Filij plurima, varijs Strophis, lubricis & ambiguis glossis sic torquent & enervant, ut eorum ad convincendos Iudeos & Arianos nullus amplius usus esse queat.

120. In specie autem singularum istarum haeresean Catalogum nobis exhibebit, Pars Articuli Confessionis huius nostri ἀντιδότης: quam sequenti disputationi, quae erit de aeterna Divinitate Spiritus sancti, eiusq̄ processione à Patre & Filio, subijc-

mus.

DIS-